

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Nummotheca Principum Austriae**

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

**Herrgott, Marquart**

**Friburgi Brisgoviae, 1752**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](#)

Tab.  
XXVI. cem æque ac monogramma CHRISTI recte exprimi potuisse. Porro a vero haud, opinor, multum declinabimus, si utrumque hunc nummum sub expeditionem Africanam, contra Mauros a CAROLO suscepitam, cūsos fuisse dicamus; ut innueret Imperator, se spem victoriarum in signo salutari collocare. *M. S. J. Vindob. M. S. B. a.*

## XCIV.

Hic nummus a præcedenti in eo solumodo discernitur, quod inscriptioni partis adversæ addatur littera *A.* quæ *A. ugustus* legenda: & in aversa, loco VINCES, scriptum sit: VINCE. VERG. l. c. p. 87. *a.*

## XCV.

CAROLVS. V. IM. perator RO. manorum. Caput Cæsaris coronatum, dextrorsum conversum, ad pectus cum toga: retro illud sigla *R.*

Posticam sequens inscriptio, quatuor lineis absoluta, quæ priori iungenda est, occupat: REX. ARAGO num VTRIVS. que si. cilia ET. cetera. Margo nummi rosis exornatur. *Id. p. 94.* ar. val. unius Carol.

## XCVI.

CAROLVS. V. ROM. anorum IMP. erator. Caput Cæsaris corona radiata cinctum, & ad levam conversum.

In aversa corona, cruce instructa, exhibetur, cum perigraphe: *† REX. ARAGO. nia* VTRIVS. que si. cilia. *Id. p. 87. a.*

TOM. II. P. I.

(*a*) loc. cit. p. 94.

## XCVII.

Adversa huius nummi fere eadem est cum num. LXXXVIII. videtur tamen Imperator hic togatus esse, & ab eius humeris torques aurei velleris dependet.

In aversa aureum vellus a lauri ramis, in decussim positis, pendet, addita hac perigraphe: R:ex ARAGO: num VTRIVS: que SICIL: ie.

Typum huius nummi VERGARA (*a*) quoque dedit, eiusque valorem uni *Carolino* æquat. Fere similem vulgavit quoque Cl. Auctor loculamenti III. ad recens aperta *Grofforum* scrienia (*b*) eumque nominat *Realem Arragonicum*. In eo tantum differt, quod ille coronam domesticam, & post caput Cæfaris litteram *K.* præbeat, quæ, ut is autumat, nomen CAROLI repetere videtur. In epigraphe porro aversæ, ibi in fine additum est: ET, quod is supplet per vocem: HIEROSOLYMARUM. *M. Imp. ar. pond. I. drach.*

*a**b*

## XCVIII.

Antica huius nummi pars, ut num. XCIII. hic tamen fibula, vestis extremitatem circa collum necens, capite humano conspicua est.

Postica quoque a præcedenti non multum differt. VERG. l. c. p. 94. ar. val. I. Carol.

## XCIX.

REX: ARAGO: num VTRIVS: que supple: si. cilia. Vellus aureum, ut supra in nummis maioris moduli.

O 2

PLVS.

(*b*) p. 93. Tab. V. n. 43.

CARO-  
LUS V.  
ROM.  
IMP. ET  
REX HI-  
SPANIE.

PLVS. VLTRA. Columnæ  
Herculis, uti sèpius vidimus.  
Similem nummum habes in  
recens apertis *Grossorum* scriniis,  
loculamento supra citato (a).

a

Ei Cl. Auctor præmittit aliud  
typum, quem *Realem* vocat,  
& *Valentie* cufum esse autumat.  
Huius delineationem supplemus  
Tab. XLIX. num. 39.

CAROLVS. V. IMPERATOR  
ROMANOR. um. Suetæ Herculis  
columnæ, cum lemmate: PLVS  
VLTRA, iis imposita corona Im-  
perialis.

HISPAÑARVM. ET. VTRIVS-  
Q. ne SICILIÆ. rex. Crux du-  
plicata in lilia desinens, quæ  
sunt cooperta coronis Imperia-  
libus. In margine, ante initium  
epigraphes, cernitur castel-  
lum, quod laudatus Auctor  
non pro tessera *Castiliæ* sed *Va-*  
*lentiæ* habet. *Id. loc. cit. ar.*  
*val. quarta pars Carolini, vul-*  
*go Cinquina. & G. C. loc. cit.*

### MONETÆ MEDIOLANENSES.

C.

IMP. erator CAROLVS. V.  
AVG. usfus. Protome Cæsaris  
armata, capite laureato, & ad  
lævam converso.

S. AMBROSIUS, & S. AUGUSTI-  
NUS, quorum nomina in exergo  
leguntur, Pontificalibus induiti:  
alter a fronte stans, dextra elata  
fin. pedum pastorale tenet: alter  
ex adverso in genua procum-  
bens, dextra elata, fin. libro  
semi aperto, iuxta quem alias  
codex iacet, incubit, super-  
volitante SPIRITU SANCTO sub

(a) p. 94 Tab. V. n. 45.

(b) Antiq. Ital. med. ævi tom. II. diff.  
27. col. 612.

columbæ specie. In ambitu <sup>Tab.</sup> <sub>XXV.</sub>  
legitur initium hymni, his duo-  
bus Sanctis Episcopis vulgo  
adscripti: TE. DEV. LAUDAMVS.

Huius nummi typum in li-  
gno exscalptum edidit quoque  
Cl. MURATORIUS (b) una cum  
tribus aliis, quorum ectypa  
paullo post proferemus. M. S.  
B. au. obductus.

Cl.

CAROLVS. V. IMPERATOR.  
Protome CAROLI armata, ca-  
pite nudo, ad lævam conver-  
so, cum Ordinis aurei velleris  
tessera.

Typus civitatis Mediolanen-  
sis, advolitante e nubibus an-  
gelo, gladium ferente, qualem  
nempe DAVIDI iuxta aream  
*Areuna*, seu *Ornan JEBUSÆI*,  
cum pestilentia in populum  
eius grassaretur, oblatum fuis-  
se, sacræ litteræ memorant (c).  
inferne iuxta mœnia civitatis,  
quatuor viri nudi, peste infec-  
ti, iacent, addita periprapha:  
ET INDE SALVS VIVE MEDIO-  
L. anum!

Pestis Mediolani anno 1576.  
sæviit, quo CAROLUS Augu-  
stus iam in annum decimum &  
octavum inter mortuos erat.  
Quod igitur huic nummo eius  
effigies impressa fit, id exempli  
civitatum Imperialium factum  
fuisse censemendum est, quæ Im-  
peratorum effigies nummis suis  
confignare consueverunt. Cum  
enim, post mortem FRANCISCI  
*Sforzia* Ducatus Mediolanensis  
ad CAROLUM devolveretur, is  
anno 1549. PHILIPPUM filium  
suum ea lege in eius locum  
inau-

(c) II. Reg. XXIV. 16. & I. Paralip.  
XXI. 16.

Tab.  
XXVI. inauguavit: ut tamen Imperii iura sibi suisque successoribus a farta tecta esse voluerit (a). Verum tamen id ipsum haud diu obseryatum est a Mediolanensibus; cum, ut in consequentibus videbimus, mature fæcutorum Regum Hispaniæ effigies nummis suis imprimere cœperint. Quod si vero hæc opinio minus arrideat, dici poterit: duas diversas nummorum partes in unum conflatas fuisse; præsertim cum nummus fusus sit, non cusus. *M. Imp. ar. fus. pond. 2. unc. minus drach. 1.*

**C II.**

*IMP. erator CAES. ar CAROLVS. V. AVGustus.* Protome CAROLI fere ut num. LXXXIX. est tamen ad lœvam conversa.

Figura muliebris stolata & velata, media inter duas thoraces & terminum, sellæ insidens, pateram effundit, adscripto in segmento titulo: PIETAS. & in ambitu: s. enatus p. opulus Q. ue MEDIOL. anensis OPTIMO. PRINCIPI.

Nummus a Mediolanensibus CAROLI pietati, quam forte inter bellicos motus ostendebat, dicatus. Edidit eundem quoque, ligno incisum, Cl. MURATORIUS (b). *M. Imp. pond. 2. drach. M. S. B. pl.*

**C III.**

*IMP. erator CAES. ar CAROLVS. V. AVG.. uſtus.* Caput Cæsaris laureatum, & ad lœvam conversum, ad pectus, cum lorica.

Posticam hæc inscriptio, quinque lineis expressa, & coronæ

(a) Aurea super hac re Bulla videri potest apud LUNIG. P. spec. Cont. I. Fortezz. I. Abf. V. p. 22. & apud DUMONT Corps diplomat. an. 1579. p. m. 334.

quernea, seu civicæ, inclusa, CARO-  
occupat: OB INSVBRIAM SER-  
VATAM.

LUS V.  
ROM.  
IMP. ET  
REX HI-  
SPANIÆ.

Referri quidem hic nummus posset ad annum 1529. quo ANTONIUS LEVA Francos iuxta Landrianum prælio victos, eorumque Duce fani D. PAULI comite, cum plerisque Præfetis, cumque omnibus impedimentis & tormentis capto, Ducatum Mediolanensem deferere, inque Franciam redire coegerit, sicque INSVBRIAM auspiciis Cæsar servavit (c). Verum cum oris habitus (quod quidem nunc primum animadverto) Cæsarem ætate aliquanto proventiorem sistat, statuendum potius videtur, eum post annum 1540. cusum esse; quo Cæsar PHILIP-  
PUM filium Ducatu Mediolanensi, qui FRANCISCO Sforzia anno 1535. sine prole decedente, ad Imperium redierat, investivit, sicque Insubriam, ab invasione FRANCISCI I. Gallorum Regis defensam, sibi atque Imperio servavit (d). *M. Imp. ar. deau. pond. semidrach.*

**C IV.**

*CAROLVS. V. IMPERATOR.* Protome Cæsaris armata, capite laureato, & ad lœvam converso, cum Ordinis aurei velleris insigni.

Sanctus AMBROSIUS stans a fronte, dextra ferulam tenet, sin. pedo admittitur, circumscripto eius nomine: SANCTVS. AMBROSIVS. & in segmento. M L M id est: *Mediolanum.* Hunc quoque nummum lau-

O 3 datus

(b) Loc. cit.

(c) Vid. saepè laud. STRUV. Per. X. p. 1006. §. XXXIV.

(d) Id. pag. 1024. §. LIII. seqq.

## 110 MONUMENT. AUST. TOM. II. P. I.

CAROLUS V. datus MURATORIUS loc. cit. col.  
612. ex arg. edidit.

CV.

CAROLVS. V. IMP. erator.  
DUÆ columnæ Herculeæ, circum volitante schedula: in vertice diadema Imperiale.

s. *ancetus* AMBROSIUS. ut in præcedenti typo, mitratus, cum casula, ferula & baculo pastorali. *Idem* MURAT. loc. cit.

CVI.

CAROLVS. V. IMPERATOR. Caput Cæsaris coronatum, dextrorsum respiciens.

Columnæ Herculeæ, frondibus lauri cinctæ: in medio æra Christi MDXXX. In dubio manet, an moneta hæc in Belgio, an vero in Italia, an alibi cusa sit? M. S. B. a.

CVII.

CAROLVS. V. ROM. *anorum* IMP. erator SEMP. er AVGVST9. Protome Cæsaris, fere ut num. CIV. omittitur tamen hic Ordinis aurei velleris symbolum.

AEQVITAS. 50. Figura muliebris stolata stans a fronte, dextra bilancem tenens, sin. palmæ ramum. Aequitatis, quæ omnia moderatur, typus. In antiquo ære æquitas sub hoc schemate frequenter occurrit, cum hoc tamen discrimine, quod ibi loco rami ex palmis, vel hastam puram, vel cornucopiam, vel denique ulnam, sive perticam mensuriam teneat. *Aequitate* ac *iustitia* se regna sua constituisse testatur CAROLUS ipse apud SCHARDIUM (a).

An numerus Arabicus 50. Christi æram, annum nimirum quinquagesimum supra M D. denotet? divinalii: nec con-

(a) Tom. III. pag. 1899.

stat, in quo loco moneta hæc sit signata. M. S. B. a.

Tab. XXVI.

Hic tandem typos monetarum varii generis, imperante CAROLO V. in diversis regnis ac provinciis percussos, describendo finem facimus, & ad exponendos nummos Historicos MARIAE eiusdem Sororis, ac prolium Cæsar, nos accingimus: ad extremum typos aliquot ad Historiam CAROLI facientes addituri. Prius tamen nummum unicum, effigie ELEONORÆ, itidem sororis CAROLI natu maioris, conspicuum, obiter recensebimus. Hunc ex tabulis HERÆ ieductum, in supplementis nostris Tab. XLIX. n. 47. delineatum vides.

Protome ELEONORÆ a fronte cum tunica replicata: capite, ut videtur, velato, addita perigraphæ: ELEONORA. REGINA. H. S. oror CAROLI. V. ROM. *anorum* IMP. eratoris, in qua inscriptione, singula h. haud dubie in mendo cubat: nec expeditum adeo est, quo pacto vera lectio restituti possit. Cum enim ELEONORA primum EMANUELI Portugalliae, dein FRANCISCO I. Francorum Regi matrimonio iuncta fuerit: in ambiguo est, num elementum p vel f (nam alterutrum eligendum erit) id est p. ortugallia vel f. rancia substitui debeat. Attentis tamen vultus lineamentis, REGINA F. ran- ciæ legi oportere videtur; quippe, quod ELEONORA post mortem primi coniugis annum ætatis secundum & vicecum duntaxat ageret: in præsenti autem numero eo aspectu, qualem post mortem alterius mariti; utpote tum ætate iam proiectiori, depicta sit. M. S. B. & T. H.

MARIA

# MARIA CAROLI V. SOROR, REGINA HUNGARIÆ ET BOHEMIAE.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

**M**ARIA PHILIPPI *Austriaci* Regis Hispaniæ filia (111.)  
CAROI V. & FERDINANDI I. Imp. soror (109. 110.)  
Bruxellis anno Domini 1505. orta est.

Annos nata haud plures quam decem, MAXIMILIANI avi cura, LUDOVICO (108.) Hungariæ & Bohemiæ Regio Principi, novem tum vitæ annos numeranti, despontata (in MAXIMIL. Tab. XII. num. 31.), nuptias cum eodem LINCI anno 1521. celebravit. His vero anno 1526. Rege in prælio cum Turcis apud *Mohazium* infeliciter occubente, dissolutis, facta vidua (109.) eius status molestias cum forti tum christiano animo pertulit (110).

Exinde a CAROLO fratre ad Belgii præfecturam gerendam anno 1530. evocata, provinciam sibi commissam singulari cum prudentia, ac ingenti omnium favore atque benevolentia administravit (111.).

Qua demum fratris exemplo, ut pridem optaverat, abdicata, (111. in not.) cumque eodem in Hispaniam profecta, reliquum vitæ in monasterio sancte traducens, anno 1558. mense Octobri pie & catholice obiit: fœmina cum animi labore, tum iustitiæ, atque consilii laude supra sexus sui conditionem multo præstantissima. Conf. ISTHUAUFIUS *Hist. Hung. Pontus HEUTERUS in reb. Belg. cest.*

## CVIII.

Protome LUDOVICI II. Regis Hungariæ, togati & torque aurei velleris ornati, cum mystace & promissa barba, capite pileato & ad levam converso. Additur antrorsum in area nota chronologica M. D. XXVI absque alia inscriptione.

In altera facie, protome MARIAE coniugis eius, cum singulari capitis tegumento, de-

pendente ex humeris torque, ex unionibus contexta, & gemma pretiosa instructa: repetita eadem nota temporis.

Hoc anno, qui in nummo isto iconico signatus est, LUDOVICUS in prælio contra Turcas apud *Mohaz* occubuit. In eius rei memoriam cusus fuit nummus minoris moduli, ponderis unciae unius, dempta sed qui drachma, cuius exemplum auro obductum in scriniis nostris

MARIA CAROLI V. SOROR, REGINA HUNG. ET BOHEMIA. stris asservamus. Adversa illius pars easdem effigies, se invicem intuentes, refert, quæ in typis a nobis delineatis singillatim videntur; in aversa exhibetur proelium, in quo LUDOVICUS Rex strenue quidem, sed infeliciter pugnans, in fuga interiit, additis in utraque parte inscriptionibus. Editionem huius nummi amicis meis viris doctissimis relinquo, qui collectiones nummorum *Hungariae & Bohemiae* magna solertia typis parant.

Cæterum nemini mirum videatur, quod Princeps, qui viceximo ætatis anno diem obiit, ut vir profectæ ætatis cum promissa barba, ac pleno & robusto ore, in nummo nostro, qui veram eius effigiem referre debeat, repræsentetur; quippe cum satis constet, eidem omnia præter solitum naturæ cursum obtigisse, eumque ante tempus consenuisse. Audiatur de illo SAMBUCUS (a): *Fuit LUDOVICUS corpore valido, colore sano, & subfusco, ad quævis natus solatia, largus, nemini molestus, sed sine extrema cute, quam epidermida vocant, editus, arteque & inunctionibus eo producta, vel adolescens canos aliquot alebat capillos. M. Imp. in ar. & marmore albo. T. H.*

## CIX.

MARIA. HVN. gariae BO. hemia RE. gina CAROLI. V. IMP. erato-  
ris SOROR. Protome MARIAE  
adversa fronte, & nonnihil ad  
lævam vergente, in stola pel-  
licea replicata, velato capite.

(a) In append. ad BONFINII res

Nummum hunc edidit quoque Cl. HERÆUS in suis tabulis, sed, pro more suo, circulos ac orbes typo addidit, ut eum magnitudine æqualem redderet illi, quem, significandæ adfinitatis gratia, adiunxit.

Tab.  
XXV.

Ex velo, quo caput obtem-  
ptum est, discimus: nummum  
post mortem LUDOVICI signa-  
tum fuisse, quippe quod illud,  
ut notum est, viduitatis signum  
sit. *M. Imp. ar. pond. 3. drach.  
fus. & ibid. cuf. ar. pond. se-  
miunc.*

## CX.

MARIA. REGINA. VNG. aria  
VIDVA. CAROLI. CESA. ris ET.  
FERDI. nandi SOR. or. Caput  
Reginæ velatum, ad medium  
pectus, in toga pelicea replica-  
ta: a dextris finistrorum.

In postica mulier seminuda  
sparsis capillis, humi sedens,  
signum salutare, quod ei An-  
gelus, e nubibus advolitans, o-  
stendit, vultu ad luctum com-  
posito intuetur: patientiæ sym-  
bolum, in CHRISTI Domini  
exemplio fundatum; additur e-  
nim perigraphe: *† IN. PACI-  
ENCIA. POSSIDEBITIS. ANIMAS.  
VESTRAS. LVCE. XXI.*

Sæpe laudatus KOEHLERUS  
hunc nummum primus, quo  
ad sciā, edidit, eique epistola  
quam quandam, qua LUTHERUS  
quatuor Psalmos, in linguam  
germanicam a se translatos, Re-  
ginæ nostræ dedicat, occasio-  
nem dedisse auguratur: quasi  
vero LUTHERUS patientiam, aut  
solus, aut primus suaserit! Ple-  
næ sunt sacræ paginæ, pleni  
quo-

Hung. p. 754.

<sup>Tab.</sup>  
**XXVI.** quoque sanctorum Patrum, aliorumque piorum hominum libri, patientiae hortamentis, ut ad hunc parturiendum nummum LUTHERI ingenio opus haud fuerit. Eiusdem commatis est, quod de piissima Regina dicit: eam LUTHERI dogmata haud omnino respuisse, cum tamen plane constet, eam in Catholica fide non solum constanter permanisse, sed & extremos vitæ annos in Monasterio *Cicales*, quod ipse Cl. KOEHLERUS non abnuit, pie & sancte traductos, finiisse. KOEHL. m.b.l.P.v.p.313. au. pond. 6. duc.

## CXI.

MARIA. REGINA. HVNG. aria  
BOH. emia. z. (et cetera) LVDOV.  
ici VXOR. PHIL. ippi REG. is  
HISP. aniarum FILia. Protome  
MARIE fere ut num. cviii. si-  
nistrorum versa.

In aversa navis, contractis in MARIA  
tranquillo mari velis, luce, im-  
minentis directe solis, illustrata.  
Additur in ambitu hemistichi-  
um: HIS. DEVS. OCIA. FECIT.

CAROLI  
V. SO-  
ROR,  
REGINA  
HUNG.  
ET BO-  
HEMIÆ.

MARIA Belgii præfectura &  
pacis & belli temporibus, sum-  
ma cum virtute & laude quin-  
que & viginti annos gesta, ci-  
vium omnium ita sibi adiunxit  
benevolentiam, ut illi grati ani-  
mi monumentum hocce num-  
mo extare voluerint. Verum  
cum typus huius nummi ex  
STRADA (a) desumptus fit, nec  
alibi hucusque visus: vereor,  
ut apud eruditos sublestæ sit  
fidei.

a

Alius minoris moduli prodiit  
nummus, cum MARIA Belgii  
regimen PHILIPPO, CAROLI fi-  
lio cederet, cuius typum Tab.  
XXX. num. viii. dabimus. V.  
L. T. I. p. 5.

## PROLES CAROLI V.

BREVIARIUM VITÆ IOANNÆ ET MARIÆ, NEG NON  
MARGARITÆ ET IOANNIS AB AUSTRIA  
EX NUMMIS.

<sup>Tab.</sup>  
**XXVII.**  
seqq.

IOANNA CAROLI V. Imp. filia (112. 113.) JOHANNI, de-  
signato Lusitanæ Regi, nupta (112.), eidem, matrimonio  
non infœcundo, (113.) SEBASTIANUM genuit. Sed mari-  
to præmature vivis erepto, in Hispaniam rediens, PHILIPPO  
fratre apud Belgas degente, regnum una cum CAROLO Principe  
aliquamdiu summa cum laude administravit, diemque extremum  
anno 1587. feliciter clausit. SCHÖNLEBEN in *Ephem. SCHARD.*  
*epitom. rer. sub FERDINANDO I. gestar. Tom. III. cat.*

MARIA CAROLI V. filia (115-123.) altera, xxi. Junii  
1528. lucem aspexit. Prima ætate in Hispania exacta, atque

TOM. II. P. I.

P

exin.

(\*) Geneal. Austr. p. 485.

PROLES CAROLI V. exinde MAXIMILIANO II. (115.) postea Romanorum Imperatori iuncta, anno 1562. Bohemiæ (116.), ac anno insequenti Regina Hungariæ (115.), una cum marito, coronata fuit. Quo, anno 1582. defuncto, facta vidua (120. 121.) cum filia MARGARETA in Hispanias remigrans, atque in cœnobio Madritensi, inter discalceatas sanctimoniales, religiosam sanctamque vitam ducens, die xxvi. Febr. anno. 1603. terrenas coronas cum cœlesti, ut quidem diu optabat, sperabatque (119.) commutavit. SCHÖNLEBEN *Ephem. KEVENHÜLLER Annal. FERDINAND. cet.*

Tab.  
XXVII.

MARGARITA quæ & MARGARETA (129–139.) CAROLO V. Imp. (126. 140. 141.) ex contubernio anno 1522. nata, atque ab Imperatoris sorore MARIA in Belgio educata, primis nuptiis ALEXANDRO de Medicis Florentiæ, deinde OCTAVIO FARNESE, Parmæ & Placentiæ Duci (128–131.) elocata fuit. Hæc a PHILIPPO Hispaniarum Rege anno 1559. Belgio præfecta, (132. 133.) eam provinciam cum ingenti in Regem fide (139.), tum non minori circumspectione atque prudentia moderata est: atque inter cætera præclare gesta, rebellionem, ob S. Inquisitionis officium exortam, anno 1567. compescuit (134–138.) provinciamque feliciter pacavit (140.) Mox tamen regiminis pertæsa, illoque eodem adhuc anno mœrentibus Belgis (141.) abdicato, Parmam ad coniugem se recepit, ubi reliquum vitæ tranquille & placide transfigens, anno 1586. diem supremum obiit: Fœmina cum multis titulis, tum ex eo quoque laude digna, quod ALEXANDRUM, famigeratissimum illum Belgii moderatorem, atque Belliducem suæ ætatis summum (cuius nos imaginem Tab. XXXVI. num. cxxxiv. proferemus) generit. STRADA *de Bello Belg. alii.*

IOANNES ab Austria CAROLI V. filius (142–144.) Ratisbonæ ex BARBARA Blombergia seu potius ex illustriori, ac plane Principe fœmina anno 1547. (142.) natus est. Prima ætate in Hispaniam ductus, ac biennio post mortem patris, in Aulam receptus Regiam, bellicas artes, ad quas suapte natura factus videbatur, brevi ita didicit, ut præclaris primum speciminiibus editis, numerosæ classi, quæ ex födere, inter summum Pontificem, PHILIPPUM II. Regem Hispaniæ, & Venetos inito, contra Turcas, anno 1571. missa est, præfектus, eosdem prælio navali, post hominum memoriam maximo, ad Naupactum superatos, internecione deleverit (142.), ac biennio post, cum classe centum navium in Africam traiiciens, ingentes quoque ibidem progressus fecerit. (143. 144.) Inde a fratre Rege Germaniæ Inferiori regundæ destinatus, inter reliqua fortiter ac strenue acta, Belgas rebellantes ad Gemblacum insigni victoria viëtos oppressit (145.) dux sui temporis celeberrimus. Sed fatis præventus, in flore ætatis obiit in Belgio, non sine veneni suspicio- ne, anno ætatis primo & tricesimo. LETI *la vie de PHILIPPE II. Roi d'espagne.* STRADA l. c.

JOAN-

peratori  
enti Re-  
z. Quo,  
cum filia  
bio Ma-  
ctanque  
s corona  
ommuni-  
ND. se.  
g.) Ca-  
D 1511.  
ducari,  
e Octo-  
elocri  
. Belgio  
gen fide  
moderata  
b S. h.  
4-138.)  
egimis  
(141.)  
m vitz  
obiit:  
digna,  
torem,  
n Tab.  
de Bel-

144)  
ni, ac  
Pri-  
patris,  
naturi  
a speci-  
mmum  
into,  
n pro-  
partum  
post,  
s quo-  
fratre  
fortiter  
richoni  
ed fatis  
uficio-  
ll. Rui  
JAN-